Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De sumente Viaticum in mortali, deque mortaliter peccante, post illud, §. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

nimirum, quando hic mane communicavit, non urgebat præceptum. Communicet igitur adveniente periculo, quando præceptum jam urget, ut illi ſatisfaciat. Non nulli verò ſolum dicunt *b* poſſe, non autem ſub obligatione: ſiquidem prohibita eſt duplicata eodem die communio.

Communis, & vera ſententia eſt, nec debere, nec poſſe. *c* Ratio primi eſt, quia jam eſt præcepto ſatisfactum mane, ut conſtat ex dicto §. 2. Ratio ſecundi quia prohibemur bis eodem die communicare.

b *Apud De Lugo de Euch. d.16. ſec.30 n 54.*

c *Suar de Euc. d 69. ſect. . §. Regabis in fine. Eg. Granado Præp. Laym De Lugo eos citans dicta ſect. 3.*

§. 7.

De ſumente Viaticum, in mortali, deque mortaliter peccante, poſt illud.

11 SI quis Sacrum viaticum, exiſtens in peccato mortali,

tali, ſacrilegè ſumpſit, licet alias peccaverit, huic tamen præcepto jam ſatisfecit, prout conſtat, ex dictis cap. 4. §. 4. numero 34

12 Quòd ſi ritè, & purè Viatico refectus eſt, ſed poſt ipſam refectionem incidit in mortale; aliqui *a* putant abſtringi iterum, in eodem mortis periculo communicare, ut non moriatur ſine auxilio Euchariſtiæ. Verùm conſilium id quidem bonum eſt, non obligatio: *b* quia jam, per priorem ſumptionem, præcepto factum eſt ſatis. Ad Confeſsionem autem talis peccati obligatur, etiam ſi contritus ſibi videatur: quia debet obſervare præceptum ſubdendi clavibus omnia peccata mortalia.

a *Sot. in* 4. *d.* 12. *q.* 1. *art.* 11.

b *Hurt. de Euc. d.* 10. *diff.* 2. *De Lugo de Euc. d.* 16. *ſec.* 2. *n* 46

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN